# THE SARUM RITE
# Breviarium Sarisburiense cum nota.

## Tome B.
## Fasciculus 49.
## Pagine 1894-1934.

## Hystoria Machabeorum.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMXI.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through.pdf files located at: www.sarum-chant.ca

This document first published July 1 2011.
Revised October 2011, July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut gregorien du Canada is a charitable foundation registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2011.

# [*Hystoria* Adepériat.][1]

R*egula de hystoria* Adapériat. *incipienda : ubi agitur de festo loci vel de sancta Maria.*

¶ *Littera dominicalis* 𝔄. *Kalendis Octobris tota cantetur hystoria et memoria de sancto Meloro, tamen in sabbato fiant memorie de sancto Meloro, de dominica et de Trinitate privatim. Processio nulla fiet : et festum sanctorum differatur in crastinum et fiant ibi medie lectiones de sancto Leodegario et feria v. et sabbato fiant commemorationes et iiij. feria in eadem ebdomada unum ℟. feriale dicitur et aliud in vigilia Simonis et Jude.*

*In ij. ebdomada feria v. et sabbato fiant commemorationes.*

*In iij. ebdomada feria iij. et vj. fiant commemorationes. Et in sabbato dicitur de festo undecim milium virginum secundum usum Sarum.*

*In iv. ebdomada feria iij. et v. fiant commemorationes.*

¶ *Littera dominicalis* 𝔅. *vj. nonas Octobris cantatur hystoria et medie lectiones de sancto Leodegario : tamen in sabbato precedente fiant vespere de sanctis Remigio et Germano et Vedasto cum memoria de dominica et de Trinitate et processio fiat ad crucem, feria iij. et sabbato fiant commemorationes et ℟. feriale dicitur in crastino sancti Luce evangeliste et aliud in vigilia Symonis et Jude secundum usum Sarum.*

*In ij. ebdomada feria ij. et iiij. fiant commemorationes.*

*In iij. ebdomada feria v. et sabbato fiant commemorationes.*

*In iiij. ebdomada feria ij. et sabbato fiant commemorationes.*

¶ *Littera dominicalis* ℭ. *v. nonas Octobris tota cantetur hystoria et feria iij. et vj. fiant commemorationes et in iv. feria post festum sancti Luce evangeliste unum ℟. feriale dicitur et aliud in crastino Symonis et Jude.*

*In ij. ebdomada feria ij. et iij. fiant commemorationes.*

*In iij. ebdomada feria vj. et sabbato fiant commemorationes.*

*In iiij. ebdomada feria vj. et sabbato fiant commemorationes.*

¶ *Littera dominicalis* 𝔇. *iiij. nonas Octobris tota cantetur hystoria et feria ij. et sabbato fiant commemorationes : et v. feria post festum sancti Luce dicitur unum ℟. feriale et ij. ℟. in crastino Symonis et Jude.*

*In ij. ebdomada feria ij. et sabbato fiant commemorationes.*

*In iij. ebdomada feria iij. et Sabbato fiant commemorationes.*

*In iiij. ebdomada feria ij. et sabbato fiant commemorationes.*

*¶ Littera dominicalis* **E**. *iiij. kalendas Octobris tota cantetur hystoria. Feria vj. et sabbato fiant commemorationes. ℟. feriale primum dicitur in crastino sanctarum undecim milium virginum et secundum in vigilia Symonis et Jude.*

*In ij. ebdomada feria iiij. et sabbato fiant commemorationes.*

*In iij. ebdomada feria iij. et vj. fiant commemorationes.*

*In iiij. ebdomada feria ij. et vj. fiant commemorationes.*

*In v. ebdomada feria iiij. et v. fiant commemorationes.*

*¶ Littera dominicalis* **F**. *iij. kalendas Octobris inchoetur hystoria cum memoria sub silentio tantum : et feria v. et sabbato fiant commemorationes*[2] *et in proxima dominica fiant medie lectiones de sancta Fide : et in proxima dominica post festum sancti Luce evangeliste tota cantetur hystoria et in v. feria sequenti dicantur ℟. ferialia.* [*195v.*]

*In ij. ebdomada feria iij. et sabbato fiant commemorationes.*

*In iij. ebdomada feria v. et sabbato fiant commemorationes.*

*In iiij. ebdomada feria iij. et sabbato fiant commemorationes.*

*In v. ebdomada feria iij. et iiij. fiant commemorationes.*

*¶ Littera dominicalis* **G**. *ij. kalendas Octobris inchoetur hystoria privatim cum memoria tantum : eodem modo de Trinitate, et processio nulla fiat : et in dominica ad secundas vesperas fiat memoria de dominica in primis sub silentio : deinde memorie de sanctis solennes fiant, feria iiij. et vj. dicantur responsoria de j. et de ij. nocturno ejusdem ebdomade et feria v. et sabbato fiant commemoratione. ℟. feriale primum dicitur in vigilia, Symonis et Jude : et ij. ℟. feriale dicitur in crastino Symonis et Jude.*

*In ij. ebdomada feria ij. et vj. fiant commemorationes.*

*In iij. ebdomada feria vj. et sabbato fiant commemorationes.*

*In iiij. ebdomada feria ij. et vj. fiant commemorationes.*

*In v. ebdomada feria iij. et sabbato fiant commemorationes.*

# [Dominica j. post v. kalendas Octobris.][3]

6. 𝕬. ℭ [Historia][4] *Adapériat.* Littera dominicalis 𝕬. Kalendas Octobris. Ad 2. vesperas de S. Hieronymo fiat memoria de S. Meloro, de dominica et de Trinitate sub silentio, nulla processio. Ad matutinas tota cantetur hystoria et tantum memoria de S. Meloro et de Trinitate. In laudibus omnes antiphone et festum S. Remigii sociorumque ejus differatur in crastinum et ibi fiant medie lectiones de S. Leodegario. Tamen in diocesi Norvvittensi inchoetur hystoria cum memoria et totum servitium fiet de festo S. Remigii sociorumque ejus, et hoc propter aliud festum ix. lectionum in crastino contingens et tunc in dominica fiant medie lectiones de S. Meloro. Hec regula habetur in magna rubrica.

Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus.

Feria 4. de feria et dicitur 1. ℟. feriale extra diocesin Norvvittensem.

ℭ Et nota quod epistola et evangelium de 4. feria in ebdomade 23. per estatem pertinent ad 4. feriam in ebdomada 17. cum fuerit tempus opportunum.

Feria 6. de S. Fide. Tamen ubi celebratur translatio S. Hugonis tunc [totum][5] servitium erit de translatione cum 9. lectionibus. Invitatorium triplex. 3. prime lectiones de communi unius confessoris et pontificis, tres medie lectiones de S. Fide, tres ultime lectiones de expositione evangelii *Vidéte vigiláte.*

ℭ Dominica 2. de servitio dominicali.

Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus.

Feria 6. de S. Edvvardo. Ad 2. vesperas memoria de S. Calixto sub silentio, deinde solennis memoria de S. Maria cum ant. *Sub tuam.*

ℭ Dominica 3. de S. Vulfranno, 9. lectiones de communi. Missa dominicalis dicitur in capitulo cum memoria de Trinitate.

Feria 3. de S. Etheldreda, 9. lectiones de communi unius virginis non martyris.

Feria 5. de S. Fredeswida, 9. lectiones de communi unius virginis non martyris.

Feria 6. et sabbato de commemoratione.

ℭ Et nota quod illa regula de 11. milia virginibus scilicet si hoc festum in sabbato continget servitium erit de festo et fiat servitium de S. Maria in aliqua alia feria convenienti, et habet intelligi si tot ferie vacaverint in quibus commemorationes possint celebrari et si tot ferie non vacaverint tunc in sabbato servitium erit de S. Maria et tantum memoria de [undecim milibus][6] virginibus.

ℭ Dominica 4. de servitio dominicali.

Feria 2. 3. et 5. de commemorationibus.

Feria 4. de festo sanctorum Crispini et Crispiniani, 9. lectionum. 3. prime lectiones de proprietate, cum 3. ℟. plurimorum martyrum, 3. medie lectiones de S. Johanne Beverlaco de communi unius confessoris et pontificis, 3. ultime lectiones de expositione evangelii *Descéndens Jesus de monte.* Ad missam dicitur graduale cum utrisque ℣.

Feria 6. de feria et dicitur 2. ℟. feriale. Missa de vigilia [Symonis et Jude apostolorum].[7]

6. **B**. ¶ Littera dominicalis **B**. 6. nonas Octobris de dominica et inchoetur hystoria. Ad 1. vesperas que erunt de confessoribus [Remigio et sociis],[8] memoria de S. Leodegario, de dominica et de Trinitate [et][9] processio. Ad matutinas medie lectiones de sancto [Leodegario][10] et tota cantetur hystoria in festo S. Romani, quia illud festum non habet proprias lectiones. In laudibus omnes antiphone.

Feria 2. 3. et sabbato de commemoratione.

Feria 4. de feria cum ℟. de 1. nocturno.

Feria 5. de S. Fide, tamen ubi celebratur translatio S. Hugonis tunc servitium erit de translatione ut supra in **A**.

¶ Nota quod epistola et evangelium de 4. feria in ebdomade 23. per estatem pertinent ad 4. feriam in ebdomade 17. cum fuerit tempus opportunum.

¶ Dominica 2. de S. Dionysio, memoria de dominica, de Trinitate et processio. Missa dominicalis dicitur in capitulo et nulla memoria ad altam missam.

Feria 2. 3. et 4. de commemorationibus.

¶ Dominica 3. de S. Michaele, memoria de dominica, de Trinitate et processio.

Feria 2. de S. Etheldreda, 9. lectiones de communi unius virginis non martyris.

Feria 4. de S. Fredeswida, 9. lectiones de communi unius virginis non martyris.

Feria 5. 6. et sabbato de commemorationibus : memoria de sanctis [undecim milibus virg.].[11]

¶ Dominica 4. tota cantetur hystoria et tantum memoria de sancto [Romano][12] et de Trinitate.

Feria 2. 4. et sabbato de commemorationibus.

Feria 3. de martyribus Crispino et Crispiniano, 9. lectionum, ut supra in **A**.

Feria 5. de feria et dicuntur duo ℟. ferialia. Missa de vigilia [apostolorum Symonis et Judas].[13] Ad 2. vesperas de apostolis memoria de S. Maria, ant. *Sub tuam.*

6. 𝕮. ¶ Littera dominicalis 𝕮. 5. nonas Octobris tota cantetur hystoria. In laudibus omnes antiphone.

Feria 2. 3. et 6. de commemoracionibus.

Feria 4. de S. Fide, tamen ubi celebratur translatio S. Hugonis tunc erit servitium de translatione ut supra in 𝕬.

¶ Dominica 2. de dominica et medie lectiones de martyribus [Gereone et sociis].[14]

Feria 2. 3. et 5. de commemorationibus.

¶ Dominica 3. de S. Etheldreda, 9. lectiones de communi unius virginis non martyris. Ad 1. vesperas que erunt de S. Etheldreda, memoria de S. Michaele, de dominica, de Trinitate et processio. Missa dominicalis dicitur in capitulo cum memoria de Trinitate tantum. Ad 2. vesperas que erunt de S. Luca, memoria de dominica sub silentio, deinde memoria de S. Etheldreda et de S. Justo solennitur.

Feria 3. de S. Fredeswida, 9. lectiones de communi unius virginis non martyris.

Feria 4. 6. et sabbato de commemorationibus.

¶ Dominica 4. de dominica. 2. vespere erunt de martyribus [Crispino et Crispiniano][15] et memoria de S. Johanne Beverlacensi et de dominica.

Feria 2. de martyribus Crispino et Crispiniano, 9. lectionum. 3. prime lectiones de proprietate, 3. medie lectiones de communi unius confessoris et pontificis, 3. ultime lectiones de expositione evangelii *Descéndens Jesus de monte.*

Feria 3. 6. et sabbato de commemorationibus.

Feria 4. de feria et dicuntur duo ℟. ferialia, missa de vigilia [apostolorum Symonis et Jude].[16]

6. 𝕯. ¶ Littera dominicalis 𝕯. 4. nonas Octobris tota cantetur hystoria. In laudibus omnes antiphone.

Feria 2. 5. et sabbato de commemorationibus.

Feria 3. de S. Fide, tamen ubi celebratur translatio S. Hugonis tunc servitium erit de translatione ut supra in 𝕬.

¶ Dominica 2. de dominica et medie lectiones de martyribus [Nichasio et sociis].[17]

Feria 2. et 4. de commemorationibus et nihil de 3. commemoratione.

Feria 3. de S. Edvvardo. Ad 2. vesperas memoria de S. Calixto sub silentio, deinde solennis memoria de S. Maria cum ant. *Sub tuam.*

Sabbato de S. Etheldreda, 9. lectiones de communi unius virginis et non martyris.

¶ Dominica 3. de S. Luca. Ad 1. vesperas memoria de S. Justo, de dominica, de Trinitate sub silentio et nulla processio, deinde solennis memoria de S. Etheldreda.

Ad matutinas memoria de sancto [Justo],[18] de dominica et de Trinitate sub silentio. Missa dominicalis dicitur in capitulo cum memoria de S. Justo et de Trinitate tantum. Ad vesperas de S. Luca memoria de dominica sub silentio, deinde solennis memoria de S. Fredesvvida.

Feria 2. de S. Fredesvvida, 9. lectiones de communi unius virginis et non martyris.

Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus.

¶ Dominica 4. de martyribus Crispino et Crispiniano, 9. lectiones. Ad 1. vesperas memoria de S. Johanne, de dominica et de Trinitate et processio. Ad matutinas[19] tres 1. lectiones de propretate, 3. medie lectiones de S. Johanne de communi unius confessoris et pontificis, 3. ultime lectiones de expositione evangelii *Descéndens Jesus de monte.* et memoria de sancto [Johanno Beverlao],[20] de dominica et de Trinitate. Missa dominicalis dicitur in capitulo cum memoria de Trinitate tantum.

Feria 2. 5. et 6. de commemorationibus.

Et in 3. feria dicitur 1. ℟. historiale cum 2. ℟. ferialis. Missa de vigilia [apostolorum Symonis et Judas].[21]

6. E. ¶ Littera dominicalis E. 4. kalendas Octobris tota cantetur hystoria. In laudibus omnes antiphonas. Ad vesperas de S. Michaele memoria de dominica sub silentio.

Feria 3. de S. Hieronymo legatur omelia sicut in die S. Ambrosii. Ad 2. vesperas memoria de confessoribus [Remigio et sociis] [22] et de [Meloro] [23] martyre [24] solenniter.

Feria 5. 6. et sabbato de commemorationibus.

¶ Dominica 2. de dominica, tota cantetur hystoria. In laudibus una antiphona.

Feria 2. de S. Fide, tamen ubi celebratur translatio S. Hugonis tunc servitium erit de translatione ut supra ad A.

Feria 3. 4. et sabbato de commemorationibus.

¶ Dominica 3. de dominica. Ad 1. vesperas S. Edvvardi memoria de dominica sub silentio. Ad 2. vesperas memoria de S. Calixto sub silentio, deinde solennis memoria de S. Maria, ant. *Sub tuam.* cum pleno servitio in crastino.

Feria 6. de S. Etheldreda, 9. lectiones, omnia de communi unius virginis non martyris.

¶ Dominica 4. de S. Fredesvvida, 9. lectiones, omnia de communi unius virginis non martyris. Missa dominicalis dicitur in capitulo. Ad 1. vesperas que erunt de S. Luca memoria de dominica et de Trinitate sub silentio sine processione, deinde solennis memoria de S. Fredesvvida. 2. vespere erunt de virgine [Fredeswida][25] et

memoria de commemoratione.

Feria 2. 4. et 6. de commemorationibus.

Sabbato de martyribus Crispino et Crispiniano, 9. lectionum, memoria et medie lectiones de S. Johanne Beverlacensi, 3. prime lectiones de proprietate, 3. medie lectiones de communi unius confessoris et Pontificis, 3. ultime lectiones de expositione evangelii *Descéndens Jesus de Monte.*

¶ Dominica 5. de dominica. Ad 1. vesperas memoria de martyribus [Crispino et [*196r.*] Crispiniano],[26] de Trinitate et processio.

Feria 2. de feria et dicuntur ℟. ferialia pariter. Missa de vigilia [apostolorum Symonis et Jude].[27]

Feria 4. et 5. de commemorationibus et nichil de 3. commemoratione.

6. **F**. ¶ Littera dominicalis **F**. 3. kalendas Octobris de S. Michaele et hystoria inchoetur cum memoria sub silentio et de Trinitate et nulla processio. Missa dominicalis dicitur in capitulo. 2. vespere erunt de S. Hieronymo et memoria de dominica sub silentio, deinde solennis memoria de S. Michaele.

Feria 2. de S. Hieronymo. Ad matutinas legitur omelia sicut in festo Ambrosii.

Feria 4. de Sancto [Leodegario].[28] ℣. ante lectiones *Glória et honóre.* cum ℟. de 2. nocturne unius martyris.

Feria 5. 6. et sabbato de commemorationibus.

¶ Nota quod epistola et evangelium de 4. feria in ebdomade 23. per estatem pertinent ad 4. feriam in ebdomade 17. cum fuerit tempus oportunum.

¶ Dominica 2. de Dominica, medie lectiones de S. Fide. Tamen ubi celebratur festum S. Hugonis servitium erit de ipsa translatione ut supra ad **A.** et tunc ad 1. vesperas fiat memoria de S. Fide, de dominica, de Trinitate et processio et missa dominicalis dicitur in capitulo cum memoria de Trinitate tantum.

Feria 2. 3. et sabbato de commemorationibus.

¶ Dominica 3. de S. Edvvardo. Ad 1. vesperas et ad matutinas memoria de dominica et de Trinitate sub silentio, nulla processio. Ad 2. vesperas memoria de S. Calixto, de dominica sub silentio, deinde solennis memoria de S. Maria cum ant. *Sub tuam.*

Feria 2. de S. Maria.

Feria 5. de S. Etheldreda, 9. lectiones, omnia de communi unius virginis non martyris.

Sabbato de S. Fredesvvida, 9. lectiones, omnia de communi unius virginis et non

martyris.

¶ Dominica 4. de dominica.

Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus.

Feria 6. de martyribus Crispino et Crispiniano, 9. lectionum, tres prime lectiones de proprietate, 3. medie de S. Johanne Beverlacensi de communi et 3. ultime lectiones de expositione evangelii *Descéndens Jesus de monte.*

¶ Dominica 5. tota cantetur hystoria. Missa dominicalis[29] dicitur in capitulo cum *Allelúya.* et 2. vespere erunt de apostolis [Symone et Judas][30] et memoria de dominica sub silentio.

Feria 3. et 4. de commemoratione.

Sabbato de commemoratione animarum, ad matutinas de S. Maria fiat memoria de martyribus [Eustachio et sociis].[31]

6. G. ¶ Littera dominicalis G. Dominica 1. scilicet ultimo die Septembris de S. Hieronymo et hystoria inchoetur cum memoria [tantum][32] sub silentio. Ad 1. vesperas que erunt de S. Hieronymo, fiat memoria de dominica et de Trinitate sub silentio, deinde solennis memoria de S. Michaele et nulla processio. 2. vespere erunt de S. Hieronymo et memoria de dominica sub silentio, deinde solennis memoria de confessoribus [Remigio et sociis][33] et de [Meloro][34] martyre.

Feria 3. de sancto [Leodegario],[35] ante lectiones ℣. *Glória et honóre.* cum ℟. de 2. nocturno.

Feria 4. 5. et sabbato de commemorationibus.

Feria 6. de feria cum ℟. de 1. nocturno et missa dominicali. Tamen ubi translatio S. Hugonis celebratur tunc in sabbato servitium erit de [ipsa][36] translatione ut supra in A. et tunc feria 4. 5. et 6. de commemorationibus et missa dominicalis dicitur in capitulo in dominica cum memoria de Trinitate tantum.

¶ Dominica 2. tota cantetur hystoria et tantum memoria de martyribus [Marco Marcello et Apuleio][37] et de Trinitate et processio.

Feria 2. 4. et 6.[38] de commemorationibus.

¶ Dominica 3. de dominica. Ad 1. vesperas que erunt de festo [translationis S. Edwardi regis et confessoris],[39] fiat memoria de sancto [Calixto],[40] de dominica et de Trinitate sub silentio [et][41] nulla processio. Ad matutinas medie lectiones de S. Calixto. 2. vespere erunt de dominica et memoria de S. Vulfranno. Tamen ubi festum translationis S. Etheldrede celebratur, tunc ista dominica carebit utrisque vesperis et vespere erunt de S. Vulfranno.

Et sic nota quod omnes sunt dominice : et non alia festa, que omnino carent utrisque vesperis nisi quando festum simplex 9. lectionum vel 3. lectionum cum regimine chori inter duo festa duplicia evenerit.

Feria 4. de S. Etheldreda, 9. lectiones de communi unius virginis et non martyris.

Feria 6. de S. Fredesvvida, 9. lectiones de communi unius virginis non martyris.

Sabbato de S. Maria.

¶ Dominica 4. de dominica, memoria et medie lectiones de [undecim milibus][42] virginibus.

Feria 2. 4. et 6. de commemorationibus.

Feria 5. de martyre 9. lectionum, tres prime lectiones de proprietate, 3. medie lectiones de S. Johanne Beverlaco de communi unius confessoris et pontificis cum ℟. de 2. nocturno, 3. ultime lectiones de expositione evangelii *Descéndens Jesus de monte.*

Sabbato de feria et dicuntur 2. ℟. ferialia. Missa erit de vigilia [apostolorum Symonis et Jude].[43]

¶ Dominica 5. de festo apostolorum et memoria de dominica et de Trinitate sub silentio et nulla processio. Missa dominicalis dicitur in capitulo cum memoria de Trinitate. Ad 2. vesperas de apostolis fiat memoria de dominica sub silentio : deinde solennis memoria de commemoratione.

Feria 2. et 3.[44] de commemorationibus et nihil de tertia commemoratione.

Sabbato de S. Vvenefreda virgine et martyre [ix. lectiones],[45] omnia de communi unius virginis et martyris.

# ℂ *Dominica prima post v. kalendas Octobris.*

## *Ad primas vesperas.*

*Ant.* Benedíctus. [352].
*Ps.* *Ipsum.* (*cxliij.*) [352].
*Capitulum.* Benedíctus Deus. [357].
℟. Tua est poténtia. 1909.
*Hymnus.* O lux beáta Trínitas. [359].
℣. Vespertína orátio. [359].

AS:323; 1520:42v; 1531:196r.

Ant. VIII.i. 1257.




*Ps.* Magníficat. 69*.

ℂ *He sequentes antiphone serviunt hystorie* Adapériat. *ad vesperas in sabbatis quamdiu cantabitur : super psalmum* Magníficat. *vel ad memoriam de dominica cum de aliquo festo ix. lectionum fit servitium.*

AS:323; 1520:43r; 1531:196r.

Ant. T. Per. 2090.



non est á- li- us qui pugnet pro no-bis ni-si tu De- us noster.

*Ps.* Magníficat. 81*.

AS:323; 1520:43r; 1531:196r.[46]

5224. Ant. VIII.i.

TU-a * est po-ténti- a tu- um reg-num Dó-mi-ne

tu es su-per omnes gen- tes : da pa-cem Dómi-ne in di- é-

bus nostris al-le-lú- ya. *Ps.* Magníficat. 69*.

AS:323; 1520:43r; 1531:196r.

1228. Ant. VIII.i.

AC- cingí-mi-ni * fí-li- i po-téntes et estó-te pa-rá-ti

in pré-li- o : quó-ni- am mé-li- us est no-bis mo-ri in



bello quam vi-dé-re ma-la gentis nos-tre et sanctó-rum. Si-cut



fú-e-rit vo-lúntas in ce-lo sic fi- at. *Ps.* Magníficat. 69*.

AS:323; 1520:43r; 1531:196r.

Ant. I.i. 2772.



EX-áu-di- at * Dómi-nus o-ra-ti- ónes vestras et



re-conci-li- é-tur vo-bis, nec vos dé-se-rat in témpo-re ma-



lo Dómi-nus De-us nos-ter al-le- lú-ya. *Ps.* Magníficat. 53*.

## *Ad matutinas.*

AS:324; 1520:43r; 1531:196r.[47]

Invit. II. 1002.



A-da-pé-ri- at * Dómi-nus cor ves-trum in




## *In primo nocturno.*

*Ant.* Pro fídei méritis. [12].

*Ps.* Beátus vir. (*j.*) [12].

℣. Memor fui nocte. [24].

*Hac die incipiatur liber Machabeorum et legatur usque ad primam dominicam post v. kalendas Novembris quando de temporali agitur.*

*Lectio prima. Legenda* 1. 1. *Machab. j.*

ET factum est postquam percússit Alexánder Philíppi Mácedo, qui primus regnávit in Grécia, egréssus de terra Cethim Dárium regem Persárum et Medórum, constituítque[48] prélia multa : et ómnium obtínuit munitiónes, et interfécit reges terre : et pertránsiit usque ad fines terre, et accépit spólia multitúdinis géntium : et síluit terra in conspéctu ejus. Et congregávit virtútem et exércitum fortem nimis, et exaltátum est et elevátum cor ejus : et obtínuit regiónes géntium, et tyránnos, et facti sunt illi in tribútum. Tu autem.

AS:324; 1520:43v; 1531:196r.[49]

6028. 1. Resp. III.






6028a.

*Lectio ij.* (1. *Machab. j.* 6.)

[*196v.*] Et post hec décidit in lectum et cognóvit quia morerétur, et vocávit púeros suos nóbiles, qui secum erant nútriti a juventúte sua : et divísit illis regnum suum cum adhuc víveret : et regnávit Alexánder annis duódecim : et mórtuus est. Et obtinuérunt púeri ejus regnum unusquísque in loco suo, et imposuérunt sibi omnes dyademáta post mortem ejus, et fílii eórum post eos annis multis : et multiplicáta sunt mala in terra. Et éxiit ex eis radix péccatrix[50] Antióchus illústris, fílius Antióchi regis qui fúerat Rome obses : et regnávit in anno centésimo

tricésimo[51] séptimo regni Grecórum. | Tu.

AS:324; 1520:43v; 1531:196v.[52]

6687. 2. Resp. II.

6687a.




*Lectio tertia.* (1. *Machab. j.* 12.)

IN diébus illis, Exiérunt ex Israel fílii iníqui : et suasérunt multis dicéntes, Eámus et disponámus testaméntum cum géntibus que circa nos sunt : quia ex quo recéssimus ab eis, invenérunt nos multa mala. Et bonus visus est sermo in óculis eórum. Et destinavérunt áliqui[53] de pópulo, et abiérunt ad regem : et dedit illis potestátem ut fácerent justíciam[54] géntium. Et edificavérunt gymnásium in Hierosólymis secúndum leges natiónum : et fecérunt sibi prepútia, et recessérunt a testaménto sancto, et

juncti sunt natiónibus, et venundáti sunt ut fácerent malum. Et prosperátum[55] est regnum in conspéctu regis Antióchi : et cepit regnáre in terra Egýpti, ut regnáret super duo regna. Tu autem.

AS:325; 1520:44r; 1531:196v.[56]

3. Resp. II.




7793.

7793a.

## ℂ *In ij. nocturno.*

*Ant.* Natúre génitor. [25].
*Ps.* Consérva. (*xv.*) [25].
℣. Média nocte. [33].

*Lectio iiij. Legenda* 2. (1. *Machab. j.* 18.)

ET intrávit Antióchus in Egýptum in multitúdine gravi, in cúrribus et elephántis et equítibus : et copiósa návium multitúdine. Et constítuit bellum advérsus Ptoloméum regem Egýpti, et véritus est Ptolo-

méus a fácie ejus et fugit : et cecidérunt vulnérati multi. Et comprehéndit civitátes munítas in terra Egýpti : et accépit spólia terras Egýpti. Et convértit Antióchus postquam percússit Egýptum, in centésimo et quadragésimo et tértio anno, et ascéndit ad Israel : et ascéndit Hierosólimam in multitúdine gravi. [Tu.]

AS:325; 1520:44r; 1531:196v.[57]

6326. 4. Resp. I.






*Lectio quinta.* (1. *Machab. j.* 23.)

ET intrávit in sanctificatiónem cum supérbia : et accépit altáre áureum, et candelábrum lúminis, et univérsa vasa ejus et mensam propositiónis, et libatória, et phíalas, et mortarióla áurea, et velum et corónas et ornaméntum áureum, quod in fácie templi erat, et comminuit ómnia. Et accépit argéntum et aurum : et vasa concupiscibília. Et accépit thesáuros occúltos quos invénit : et sublátis ómnibus ábiit in terram suam. Et fecit cedem hóminum : et locútus est in supérbia magna. Et factus est planctus magnus in Israel : et in omni loco eórum. Et ingemuérunt príncipes, et senióres, júvenes et vírgines infirmáti sunt : et speciósitas mulíerum immutáta est. Omnis máritus sumpsit laméntum : et que sedébant in thoro maritáli lugébant. Et commóta est terra super inhabitántes eam : et univérsa domus Jacob índuit confusiónem.

AS:325; 1520:44v; 1531:196v.[58]

5. Resp. II. 6886.











et mi-se-ré-bi-tur nos- tri De-us nos- ter.



6886a.

℣. Mementó- te mi-ra-bí-li- um e-jus que fe-cit Pha-ra-



ó- ni et ex-ercí-tu- i e-jus in ma-ri rub- ro.



†Et nunc.

*Lectio vj.* (1. *Machab. j.* 30.)

ET post duos annos íterum misit rex príncipem tributórum in civitátes Juda, et venit Hierúsalem cum turba magna, et locútus est ad eos verba pacífica in dolo : et credidérunt ei. Et írruit super civitátem repénte : et percússit eam plaga magna, et pérdidit pópulum multum ex Israel. Et accépit spólia civitátis et succéndit eam igni, et destrúxit domos ejus et muros ejus in circúitu, et cáptivas duxérunt mulíeres et natos et pécora possedérunt. Et edificavérunt civitátem David muro magno et firmo, et túrribus firmis : et facta est illis in arcem.

AS:326; 1520:44v; 1531:196v.[59]

7518. 6. Resp. II.



RE-fúl-sit sol * in clí-pe-os áu-re-os et resplendu-




7518a.

## ◖ *In iij. nocturno.*

*Ant.* Sponsus. [34].

*Ps.* Celi enárrant. (*xviij.*) [34].

℣. Exaltáre Dómino in virtúte. [40].

AS:326; 1520:45r; 1531:196v.[60]

7\. Resp. VII.




7341. [*197r.*]


Dómi- no. †Et fac- ta est le-tí- ci- a magna
7341a. in pópu- lo. ℣. In hym-nis et confessi- ó-ni-
bus be-ne-di-cé- bant Dó- mi- num. †Et fac- ta.
AS:326; 1520:45r; 1531:197r.[61]
6905. 8. Resp. VIII.
IN hymnis * et confes-si- ó- ni-bus be-ne-di-
cé- bant Dó- mi- num. †Qui magna fe-cit in Is- ra-
el : et victó-ri- am de-dit il- lis Dó-mi-nus
6905a. omní- po- tens. ℣. Orna-vé-runt fá-ci- em templi



co-ró-nis áure- is, et de-di-ca-vé-runt al-tá- re



Dómi- no. †Qui magna.

*Responsoria ferialia.*

AS:327; 1520:45v; 1531:197r.[62]

Resp. VIII.

 6324.

COngre-gá- te sunt * gentes in mul-ti-tú-di-ne



ut dí-mi- cent contra nos : et igno-rá- mus



quid á- ge-re de-be- á- mus. †Dó- mi-ne De- us ad te



sunt ó-cu-li nostri ne pe-re- á- mus.

 6324a.

℣. Tu scis que có-gi-tant in nos quómodo po-té-rimus




AS:327; 1520:45v; 1531:197r.[63]

6478.




6478a.

*Lectio j. Legenda* 3. 1. *Machab. j.* (36.)

ET posuérunt illic gentem peccatrícem viros iníquos : et convaluérunt in ea. Et posuérunt arma et escas, et congregavérunt spólia Hierúsalem et reposuérunt illic : et facti sunt in láqueum magnum. Et factum est hoc ad insídias sanctificatióni : et in damnum magnum in Israel. Et effudérunt viri iníqui sánguinem innocéntem per circúitum sanctificatiónis : et contaminavérunt sanctificatiónem. Tu autem Dómine.

*Lectio secunda.* (1. *Machab. j.* 40.)

ET fugérunt habitatóres Hierúsalem propter eos : et facta est habitátio exterórum. Et facta est éxtera a sémine suo, et nati ejus reliquérunt eam. Sanctificátio ejus desoláta est : sicut solitúdo. Dies festi ejus convérsi sunt in luctum, sábbata ejus in oppróbrium : honóres ejus in níchilum. Secúndum glóriam ejus multiplicáta est ignomínia ejus : et sublímitas ejus convérsa est in luctum. Tu autem Dómine.

*Lectio tertia.* (1. *Machab. j.* 43.)

ET scripsit rex Antióchus omni regno suo : ut esset[64] omnis pópulus unus. Et reliquérunt unusquísque legem suam : et consensérunt omnes gentes secúndum verbum regis Antióchi. Et multi ex Israel consensérunt ei : et sacrificavérunt ydólis, et coinquinavérunt sábbatum. Et misit rex Antióchus libros per manus nunciórum in Hierúsalem et in omnes civitátes Jude, ut sequeréntur leges géntium terre, et prohíberent olocáusta et sacrifícia et placatiónes fíeri in templo Dei : et prohíberent celebrári sábbatum et dies solénnes, et coinquinári sancta et sanctum pópulum Israel. Tu autem Dómine.

*Lectio prima. Legenda* 4. 1. *Machab. j.* (50.)

ET jussit Antióchus edificáti aras et templa et idóla : et immolári carnes suíllas et pécora commúnia. Et relínquere fílios suos incircuncísos, et coinquinári ánimas eórum in ómnibus immundíciis et abominatiónibus, ita ut oblivisceréntur legem : et immutárent omnes justificatiónes Dei. Et quicúnque non fecíssent secúndum verbum

regis Antióchi : moreréntur. Secúndum ómnia verba hec scripsit omni regno suo : et prepósuit príncipes pópulo qui hec fieri cógerent. Et jussérunt civitátibus Jude sacrificáre. Et congregáti sunt multi de pópulo ad eos qui dereliquérant legem Dómini, et fecérunt mala super terram : et effugavérunt pópulum Israel in ábditis, et in abscónditis fugitivórum locis.

*Lectio secunda.* (1. *Machab. j.* 57.)

DIe quintadécima mensis Cásleu quinto et quadragésimo et centésimo anno : Edificávit rex Antióchus abominándum ydólum desolatiónis super altáre Dei, et per univérsas civitátes Jude in circúitu edificavérunt aras. Et ante jánuas domórum et in pláteis : incendébant thura et sacrificábant. Et libros legis Dei combussérunt igni : scindéntes eos. Et apud quecúnque inveniebántur libri testaménti Dómini : et quicúnque observábat legem Dómini secúndum edíctum regis trucidábant eum. Tu autem.

*Lectio tertia.* (1. *Machab. j.* 61.)

IN virtúte sua faciébat hec pópulo Israel qui inveniebátur in omni mense in civitátibus. Et quinta et vicésima die mensis : sacrificábant super arum que erat contra altáre. Et mulíeres que circuncidébant fílios suos trucidabántur : secúndum jussum regis Antioch. Et suspendébant púeros a cervícibus per univérsas domos eórum : et eos qui circuncíderant illos[65] trucidábant. Et multi de pópulo Israel diffiniérunt apud se : ut non manducárent immúnda. Et elegérunt magis mori : quam cibis coinquinári immúndis. Et noluérunt *[197v.]* infríngere legem Dei sanctam, et trucidáti sunt : et facta est ira magna super pópulum valde. Tu autem Dómine.

*Lectio prima. Legenda* 5. 1. *Machab. ij.*

IN diébus illis, Surréxit Mathathías fílius Johánnis, fílii Symeónis sacerdótis ex fíliis Jóarim ab Hierúsalem : et consédit in monte Modin. Et habébat fílios quinque, Johánnan qui cognominabátur[66] Gaddis, et Symon qui cognominabátur Thasy, et Judas qui vocabátur Machabéus, et Eleazárus[67] qui cognominabátur Abaron :

et Jónathas qui cognominabátur Apphus. Hi vidérunt mala que fiébant in pópulo Juda et Hierúsalem.

*Lectio ij.* (1. *Machab. ij.* 7.)

ET dixit Mathathías, Ve michi. Ut quid natus sum vidére contritiónem civitátis sancte : et sédere illic cum datur in mánibus inimicórum. Sancta in manu extraneórum facta sunt : templum ejus sicut homo ignóbilis. Vasa glórie ejus captíva abdúcta sunt. Trucidáti sunt senes ejus in pláteis : et júvenes ejus cecidérunt in gládio inimicórum. Que gens non hereditávit regnum ejus, et non obtínuit spólia ejus ? Omnis compositio ejus abláta est. Que erat líbera : facta est ancílla. Et ecce sancta nostra et pulchritúdo nostra et cláritas nostra desoláta est : eb coinquinavérunt eam gentes. Quid ergo nobis adhuc vívere ? Tu autem Dómine.

*Lectio tertia.* (1. *Machab. ij.* 14.)

SCidit Mathathías et fílii ejus vestiménta sua : et operuérunt se cilíciis et planxérunt valde. Et venérunt illuc qui missi erant a rege Antiócho : ut cógerent eos qui confúgerant in civitátem Modin immoláre et accéndere thura, et a lege Dei discédere. Et multi de pópulo Israel consentiéntes accessérunt ad eos : sed Mathathías et fílii ejus constánter stetérunt. Et respondéntes qui missi erant ab Antiócho : dixérunt Mathathíe, Princeps et claríssimus et magnus es in hac civitáte, et ornátus fíliis et frátribus.

*Lectio j. Legenda* 6. (1. *Machab. ij.* 18.)

ERgo accéde prior, et fac jussum regis sicut fecérunt omnes gentes et viri Juda : et qui remansérunt in Hierúsalem : et eris tu et fílii tui inter amícos regis, et amplificátus argénto et auro et munéribus multis. Et respóndit Mathathías : et dixit magna voce, Et si omnes gentes regi Antiócho obédiunt : ut discédat unusquísque a servitúte legis patrum suórum, et conséntiant mandátis ejus : ego et fílii mei et fratres mei obediémus legi patrum nostrórum. Propícius sit nobis Deus. Non est nobis útile relínquere legem et justícias Dei. Non audiémus verba regis Antióchi : nec sacrificábimus ydólis trans-

grediéntes legis nostre mandata ut eámus áltera via.

*Lectio secunda.* (1. *Machab. ij.* 23.)

UT cessávit Mathathías loqui : accéssit quidam Judéus in ómnium óculis sacrificáre ydólis super aram in civitáte Modin secúndum jussum regis. Et vidit Mathathías et dóluit, et contremuérunt renes ejus : et accénsus est furor ejus secúndum judícium legis, et insíliens trucidávit eum super aram. Sed et virum quem míserat rex Anthióchus qui cogébat immoláre occídit in ipso témpore : et aram destrúxit. Et zelátus est legem sicut fecit Phínees : Zambri fílio Salómi. Tu autem.

*Lectio tertia.* (1. *Machab. ij.* 27.)

ET exclamávit Mathathías voce magna in civitáte dicens, Omnis qui zelum habet legis : státuens testaméntum éxeat post me. Et fugit ipse et fílii ejus in montes : et reliquérunt quecúnque habébant in civitáte. Tunc descendérunt multi queréntes judícium et justíciam in desértum : et sedérunt ibi ipsi et fílii eórum, et mulíeres eórum, et pécora eórum, quóniam inundavérunt super eos mala.

[68]*Lectio prima. Legenda* 7. 1. *Machab. ij.* (31.)

REnunciátum est viris regis et exercítui qui erant in Hierúsalem civitáte David : quóniam discessíssent viri quidam qui dissipavérunt mandátum regis in loca occúlta in desérto, et abiíssent post illos multi. Et statim perrexérunt advérsus eos : et constituérunt advérsus eos prélium in die sabbatórum. Et dixérunt ad eos, Resístitis et nunc adhuc ? Exite et fácite secúndum verbum regis : et vivétis.

*Lectio secunda.* (1. *Machab. ij.* 34.)

*[198r.]* ET dixérunt, Non exíbimus neque faciémus verbum regis : ut polluámus diem sabbatórum. Et concitavérunt advérsus eos prélium, et non respondérunt eis nec lápidem misérunt in illos : nec oppilavérunt loca occúlta dicéntes, Moriámur omnes in simplicitáte nostra, et testes erunt super nos celum et terra : quod injúste pérditis nos.

*Lectio tertia.* (1. *Machab. ij.* 38.)

ET intulérunt eis bellum sábbatis. Et mórtui sunt ipsi et uxóres eórum et filii eórum et pécora eórum : usque ad mille ánimas hóminum. Et cognóvit Mathathías et amíci ejus : et luctum habuérunt super eos valde. Et dicit vir próximo suo, Si omnes fecérimus sicut fratres nostri fecérunt, et non pugnavérimus advérsus gentes pro animábus nostris et justificatiónibus nostris : cítius dispérdent nos a terra. Et cogitavérunt die illa dicéntes, Omnis homo quicúnque vénerit ad nos in bello die sabbatórum : pugnémus advérsus eum, et non moriámur omnes sicut mórtui sunt fratres nostri in occúltis.

*Lectio prima.* 1. *Machabeorum ij.* (42.) *Legenda* 8.

TUnc congregáta est ad eos synagóga Judeórum fortis víribus ex Israel : omnis voluntárius in lege. Et omnes qui fugiébant a malis ádditi sunt ad eos : et facti sunt illis ad firmaméntum. Et collegérunt exércitum, et percussérunt peccatóres in ira sua, et viros iníquos in indignatióne sua : et céteri fugérunt ad natiónes ut eváderent. Et circúivit Mathathías et amíci ejus : et destruxérunt aras. Et circuncidérunt púeros incircuncísos quotquot invenérunt in fínibus Israel in fortitúdine, et persecúti sunt fílios supérbie : et prosperátum est opus in mánibus eórum. Et obtinuérunt legem de mánibus géntium et de mánibus regum : et non dedérunt cornu peccatóri. Tu autem.

*Lectio ij.* (1. *Machab. ij.* 49.)

ET appropinquavérunt dies Mathathíe moriéndi : et dixit fíliis suis, Nunc confortáta est supérbia et castigátio : et tempus eversiónis et ira indignatiónis. Nunc ergo o fílii emulatóres estóte legis et date ánimas vestras pro testaménto patrum, et mementóte óperum patrum que fecérunt in generatiónibus suis : et accipiétis glóriam magnam et nomen etérnum.

*Lectio iij.* (1. *Machab. ij.* 62.)

DIxit Mathathías fíliis suis, A verbis viri peccatóris non timuéritis : quia glória ejus stercus et vermis est. Hódie extóllitur, et eras non inveniétur : quia convérsus est in terram suam, et cogitátio ejus périet.

Vos ergo filii confortámini, et viríliter ágite in lege : quia cum fecéritis que vobis precépta sunt a Dómino Deo vestro, in ipsa gloriósi éritis. Et ecce Symon frater vester, scio quod vir consílii est : ipsum semper audíte et ipse vobis erit pater. Et Judas Machabéus fortis víribus a juventúte sua, sit vobis princeps milítias : et ipse aget bellum pópuli. Et adducétis ad vos omnes factóres legis : et vindicáte vindíctam pópuli vestri. Retribútio retributiónem géntibus : et inténdite in precéptum legis. Et benédixit eos : et appósitus est ad patres suos. Et defúnctus est centésimo et quadragésimo et sexto anno : et sepúltus est a filiis suis in sepúlchris patrum suórum in Modin, et planxérunt eum omnis Israel planctu magno.

*Lectio prima.* 1. *Machabeorum iij. Legenda* 9.

ET surréxit Judas qui vocabátur Machabéus, pro patre suo, et adjuvábant eum omnes fratres ejus et univérsi qui se conjúnxerant patri ejus : et preliabántur prélium Israel cum letícia, et dilatávit glóriam pópulo suo. Et índuit se lóricam sicut gygas, et succínxit se arma béllica sua in préliis : et protegébat castra gládio suo.

*Lectio secunda.* (1. *Machab. iij.* 4.)

SImilis factus est leóni in opéribus suis : et sicut cátulus leónis rúgiens in venatióne. Et persecútus est iníquos perscrútans eos : et qui conturbábant pópulum suum, eos succéndit flammis. Et repúlsi sunt inimíci pre timóre ejus, et omnes operárii iniquitátis turbáti sunt : et dirécta est salus in manu ejus. Et exacerbábat Judas reges multos, et letificábat Jacob in opéribus suis : et
in secúlum memória ejus in bene- [*198v.*]
dictióne. Et perambulávit civitátes Juda, et pérdidit ímpios ex eis, et avértit iram ab Israel : et nominátus est usque ad novíssimum terre, et congregávit pereúntes.

*Lectio iij.* (1. *Machab. iij.* 10.)

ET congregávit Appollónius gentes et a Samária virtútem multam et magnam : ad bellándum contra Israel. Et cognóvit Judas et éxiit óbviam illi : et percússit et occídit illum. Et cecidérunt vulneráti multi et réliqui fugérunt : et accépit spólia eórum. Et gládium Appollónii ábstulit Judas : et erat pugnans in eo ómnibus diébus. Et audívit Seron

princeps exércitus Sýrie quod congregávit Judas congregatiónem et ecclésiam fidélium secum : et preparávit se et ascendérunt cum eo castra impiórum fortes auxiliárii, ut fácerent vindíctam in fílios Israel, et appropinquavérunt usque ad Béthoron. Et exívit Judas óbviam illi cum paucis. [Tu autem.]

*Lectio prima. Legenda* 10. (1. *Machab. iij.* 17.)

UT autem vidérunt fílii Israel exércitum veniéntem sibi óbviam : dixérunt Jude, Quómodo potérimus pauci contra tantam pugnáre multitúdinem et tam fortem ? Et nos jejúnio fatigáti sumus hódie. Et ait Judas, Facíle est conclúdi multos in mánibus paucórum, et non est differéntia in conspéctu Dei celi liberáre in multis aut in paucis, quia non in multitúdine exércitus victória belli : sed de celo fortitúdo est. Ipsi véniunt ad nos in multitúdine contumáci et supérba : ut dispérdant nos et uxóres nostras et fílios nostros et ut spólient nos. Nos vero pugnábimus pro animábus nostris et légibus nostris : et ipse Dóminus cónteret eos ante fáciem nostram. Vos autem ne timuéritis eos. [Tu autem.]

*Lectio ij.* (1. *Machab. iij.* 23.)

UT cessávit autem loqui, insíluit[69] in eos subíto : et contrítus est Seron et exércitus ejus in conspéctu ipsíus. Et persequebátur eum in descénsu Béthoron usque in campum. Et cecidérunt ex eis octingénti viri : réliqui autem fugérunt in terram Philístiim. Et cécidit timor Jude ac fratrum ejus et formído super omnes gentes in circúitu eórum, et pervénit ad regem Antióchum nomen ejus : et de préliis Jude narrábant omnes gentes. Ut audívit autem Antióchus rex sermónes istos : irátus est ánimo. Et misit et congregávit exércitum univérsi regni sui : castra fórtia valde. Et apéruit serárium suum : et dedit stipéndia exercítui in annum, et mandávit illis ut essent paráti ad ómnia. [Tu autem.]

*Lectio iij.* (1. *Machab. iij.* 29.)

ET vidit quod defécit pecúnia de thesáuris suis et tribúta regiónis módica propter dissensiónem et plagam quam fecit in terra, ut tólleret legítima que erant a primis diébus : et tímuit ne non habéret ut semel et bis

in sumptus et donária que déderat ante larga manu et abundáverat super reges qui ante eum fúerant, et consternátus erat ánimo valde. Et cogitávit ire in Pérsidem ut accíperet tribúta regiónum : et congregáret argéntum multum. Et relíquit Lýsiam hóminem nóbilem de génere regáli super negócia regia a flúmine Eufráte[70] usque ad flumen Egýpti : et nutríret Antióchum fílium suum donec redíret. [Tu.]

*Lectio j.* 1. *Machabeorum iij.* (34.) *Legenda* 11.

ET trádidit ei médium[71] exércitum et elephántos et mandávit ei de ómnibus que volébat, et de inhabitántibus Judéam et Hierúsalem : et ut mítteret ad eos exércitum ad conteréndam et extirpándam virtútem Israel, et relíquias Hierúsalem et auferéndam memóriam eórum de loco, et ut constitúeret habitatóres alienígenas in ómnibus fínibus eórum, et sorte distribúeret terram eórum.

*Lectio ij.* (1. *Machab. iij.* 38.)

ET elégit Lýsias Ptoloméum fílium Dorímini[72] : et Nichanórem et Górgyam viros poténtes ex amícis regis. Et misit cum eis quadragínta mília virórum et septem mília équitum : ut venírent in terram Juda et dispérderent eam secúndum verbum regis. Et processérunt ut irent cum univérsa virtúte sua : et venérunt et applicuérunt Ammaum in terra campéstri.

*Lectio tertia.* (1. *Machab. iij.* 41.)

ET audiérunt mercatóres regiónum nomen eórum, et accepérunt argéntum et aurum multum valde et púeros : et venérunt in castra ut accíperent fílios Israel in servos. Et ádditi sunt ad eos exércitus Sýrie : et
*[199r.]* terre alienigenárum. Et vidit Judas et fratres ejus quia multiplicáta sunt mala, et exércitus applicábat ad fines eórum : et cognovérunt verba regis que mandávit pópulo fácere in intéritum et consummatiónem. Et dixérunt unusquísque ad próximum suum, Erigámus dejectiónem pópuli nostri : et pugnémus pro pópulo nostro et sanctis nostris. Tu autem.

*Lectio prima. Legenda* 12. 1. *Machab. iij.* (44.)

ET congregátus est convéntus : ut essent paráti in prélium : et ut orárent et péterent misericórdiam et miseratiónes. Et Hierúsalem non habitabátur : sed erat sicut desértum. Non erat qui ingrederétur et egrederétur de natis ejus : et sanctum conculcabátur : et filii alienigenárum erant in arce. Ibi erat habitátio géntium. Et abláta est volúptas ab Jacob : et défecit ibi tíbia et cýthara. Et congregáti sunt et venérunt in Masphat contra Hierúsalem : quia locus oratiónis erat in Masphat ante in Israel.

*Lectio secunda.* (1. *Machab. iij.* 47.)

ET jejunavérunt illa die et induérunt se cilíciis et misérunt cínerem in cápite suo[73] et destituérunt vestiménta sua : et expandérunt libros legis de quibus scrutabántur gentes similitúdinem simulacrórum suórum. Et attulérunt ornaménta sacerdotália et primítias et décimas, et suscitavérunt Nazaréos qui impléverant dies : et clamavérunt voce magna in celum dicéntes, Quid faciémus viris istis, et quo eos ducémus ? Et sancta tua conculcáta sunt et contamináta sunt : et sacerdótes tui facti sunt in luctu et in humilitáte. Tu autem.

*Lectio tertia.* (1. *Machab. iij.* 52.)

ET ecce natiónes convenérunt advérsum nos : ut nos dispérdant. Tu scis que cógitant in nos. Quómodo potérimus subsístere ante fáciem illórum nisi tu ádjuves nos ? Et tubis exclamavérunt voce magna. Et constítuit Judas duces pópuli tribúnes et centuriónes : et pentacontárchos et decuriónes. Dixítque his qui edificábant domos et sponsábant uxóres et plantábant víneas et formidolósis : ut redírent unusquísque in domum suam secúndum legem. Et movérunt castra : et collocavérunt ad austrum Ammáum. Tu autem Dómine miserére nostri.

*Lectio prima. Legenda* 13. *Machab. iij.* (58.)

AIt Judas, Accingímini : et estóte filii poténtes. Estóte paráti in mane ut pugnétis advérsus natiónes has, que convenérunt dispérdere nos et sancta nostra : quóniam mélius est nos mori

in bello, quam vidére mala gentis nostre et sanctórum. Sicut autem fúerit volúntas in celo : sic fiat. Et assúmpsit Górgias quinque mília virórum et mille équites eléctos, et movérunt castra nocte ut applicárent ad castra Judeórum : et percúterent eos subíto. Et fílii qui erant ex arce : erant illis duces. Et audívit Judas et surréxit ipse et poténtes percútere virtútem exercítuum regis que erat in Ammáum. Adhuc enim dispérsus erat exércitus a castris.

*Lectio ij.* (1. *Machab. iv.* 5.)

VEnit Górgias in castra Jude noctu : et néminem invénit. Et querébat[74] eos in móntibus : quóniam dixit, fúgiunt hi a nobis. Et cum dies factus esset appáruit Judas in campo cum tribus mílibus virórum tantum : qui teguménta et gládios non habébant. Et vidérunt castra géntium válida, et loricátos et equitátus in circúitu eórum : et hi docti ad prélium. Et ait Judas viris qui secum erant, Ne timuéritis multitúdinem illórum : et ímpetum eórum ne formidétis. Mementóte quáliter salvi facti sunt patres nostri in mari Rubro : cum persequerétur eos Phárao cum exércitu multo.[75] Et nunc clamémus in celum et miserébitur nostri Dóminus, et memor erit testaménti patrum nostrórum : et cónteret exércitum istum ante fáciem nostram hódie, et scient omnes gentes quia est qui rédimat et líberet Israel.

*Lectio tertia.* (1. *Machab. iv.* 12.)

ET levavérunt[76] alienígene óculos suos, et vidérunt eos veniéntes ex advérso : et exiérunt de castris in prélium. Et tuba cecinérunt hi qui fúerant[77] cum Juda. Et congréssi sunt et contríte sunt gentes : et fugérunt in campum. Novíssimi autem cecidérunt in gládio, et persecúti sunt eos usque Gázeron : et usque in campos Ydumée et Azóti et Jámnie. Et cecidérunt ex illis tria milia virórum : et revérsus est Judas et exércitus ejus sequens eum. Tu autem Dómine.

*Lectio prima. Legenda* 14. (1. *Machab. iv.* 17.)

[*199v.*] ET dixit Judas ad pópulum, Non concupiscátis spólia, quia bellum contra nos est : et Górgias et exércitus ejus in monte prope nos, sed state nunc contra inimícos vestros et expugnáte eos, et

post hec sumétis spólia. Et adhuc loquénte Juda : ecce appáruit pars quedam prospíciens de monte. Et vidit Górgias quod in fugam convérsi sunt sui et succénsa sunt castra : fumus enim qui videbátur declarábat quod factum est. Quibus illi conspéctis timuérunt valde : aspiciéntes simul [et] [78] Judam et exércitum in campo parátum ad prélium. Et fugérunt omnes in campum alienigenárum : et Judas revérsus est ad spólia castrórum. Et accipérunt aurum multum et argéntum et jacínctum et púrpuram marínam, et opes magnas : et convérsi hymnum canébant, et benedicébant in celum Deum quóniam bonus est, quóniam in séculum misericórdia ejus. Et facta est salus magna in Israel in illa die. [Tu.]

*Lectio ij.* (1. *Machab. iv.* 28.)

Congregávit Lýsias virórum electórum sexagínta mília, et quinque mília équitum : ut debelláret Judéos. Et venérunt in Judéam : et castra posuérunt in Béthoron. Et occúrrit illis Judas : cum decem mílibus viris. Et vidérunt exércitum fortem : et orávit et dixit, Benedíctus es salvátor Israel qui contrivísti ímpetum poténtis in manu servi tui David : et tradidísti castra alienigenárum in manu Jónathe fílii Saul et armígeri ejus. Conclúde exércitum istum in manu pópuli tui Israel : et confundántur in exércitu suo et equítibus. Da illis formídinem et tábefac audáciam virtútis eórum : et commoveántur contritióne sua. Dejíce eos gládio diligéntium te : et colláudent te omnes qui novérunt nomen tuum in hymnis. Et commisérunt prélium : et cecidérunt de exércitu Lýsie quinque mília virórum. Tu autem.

*Lectio tertia.* (1. *Machab. iv.* 35.)

Videns autem Lýsius suórum fugam et Judeórum audáciam, et quod paráti sunt ant vívere aut mori fórtiter : ábiit Antióchiam et elégit mílites, ut multiplicáti rursus venírent in Judéam. Dixit autem Judas et [79] fratres ejus, Ecce contríti sunt inimíci nostri, ascendámus nunc mundáre sancta et renováre. Et congregátus est omnis exércitus : et ascendérunt in montem Syon. Et ut vidérunt sanctificatiónem desértam, et altáre prophanátum et portas exústas et in átriis virgúlta nata sicut in saltu vel in

móritibus, et pastofória dirúta, scidérunt vestiménta sua, et planxérunt planctu magno : et imposuérunt cínerem super caput suum, et cecidérunt in fáciem super terram, et exclamavérunt tubis signórum et clamavérunt in celum. Tu autem Dómine miserére.

*Lectio prima. Legenda* 15. 1. *Machab. iv.* (41.)

TUnc ordinávit Judas viros ut pugnárent advérsus eos qui erant in arce : donec emundárent sancta. Et elégit sacerdótes sine mácula voluntátem habéntes in lege Dei : et mundavérunt sancta, et tulérunt lápides contaminatiónis in locum immúndum. Et cogitávit de altári olocaustórum quod prophanátum erat, quid de eo fáceret. Et íncidit illi consílium bonum ut destrúeret illud ne forte esset illis in oppróbrium : quia contaminavérunt illud gentes et demóliti sunt illud. Et reposuérunt lápides in monte domus, in loco apto : quoadúsque veníret prophéta et respónderet de eis.

*Lectio secunda.* (1. *Machab. iv.* 47.)

ET accepérunt lápides intégros secúndum legem : et edificavérunt altáre novum, secúndum illud quod fuit prius. Et fecérunt dedicatiónem altáris diébus octo, et obtulérunt olocáusta cum letícia, et sacrificavérunt sacrifícium salútis et laudis.[80] Et ornavérunt fáciem templi corónis áureis et scútulis, et dedicavérunt portas et pastofória : et imposuérunt eis jánuas. Et facta est letícia in pópulo magna valde : et avérsum est oppróbrium géntium.

*Lectio tertia.* (1. *Machab. v.* 1.)

UT audiérunt gentes in circúitu quia edificátum est altáre et sanctuárium sicut prius : iráte sunt valde. Et cogitábant tóllere genus Jacob qui erant inter eos, et cepérunt occídere de pópulo et pérsequi. Et debellábat Judas fílios Esau in Iduméa et eos qui erant in Arabatáne quia circumsedébant Israélitas : et percússit eos plaga magna. Et recordátus [*200r.*] est Judas malíciam filiórum Bean, qui erant pópulo in láqueum et in scándalum : insidiántes ei in via. [Tu autem Dómine.]

*Lectio j. Legenda* 16. 1. *Machab. v.* (5.)

ET conclúsi sunt ab eo in túrribus : et applícuit ad eos et anathematizávit eos : et incéndit turres eórum igni cum ómnibus que in eis erant. Et tránsiit ad fílios Ammon, et invénit manum fortem : et pópulum copiósum et Timothéum ducem ipsórum. Et commísit cum eis prélia multa, et contríti sunt in conspéctu eórum[81] : et percússit eos. Et cepit Gazer civitátem et fílias ejus : et revérsus est in Judéam. Tu autem.

*Lectio secunda.* (1. *Machab. v.* 9.)

ET congregáte sunt gentes que sunt in Gálaad advérsus Israélitas qui erant in fínibus eórum ut tóllerent eos : et fugérunt in Dátheman munitiónem, et misérunt lítteras ad Judam et fratres ejus dicéntes, Congregáte sunt advérsum nos gentes per circúitum ut áuferant nos, et parant veníre et occupáre munitiónem in quam confúgimus : et Timothéus est dux exércitus eórum. Nunc ergo veni et éripe nos de mánibus eórum, quia cécidit multitúde de nobis : et omnes fratres nostri qui erant in locis Tubin interfécti sunt.

*Lectio tertia.* (1. *Machab. v.* 13.)

ET cáptivas adduxérunt[82] uxóres eórum et natos et spólia : et peremérunt illic ferme mille viros. Adhuc epístole legebántur, et ecce álii núncii venérunt de Galiléa conscíssis túnicis nunciántes secúndum verba hec dicéntes convenísse advérsum se a Ptolomáida et Tyro et Sydóne : et repléta est omnis Galiléa alienígenis ut nos consúmant. Ut audívit autem Judas et pópulus sermónes istos : convénit ecclésia magna cogitáre quid fácerent frátribus suis qui in tribulatióne erant et expugnabántur ab eis. [Tu autem.]

*Lectio prima. Legenda* 17. 1. *Machab. v.* (17.)

DIxítque Judas Symóni fratri suo, Elíge tibi viros : et vade et líbera fratres tuos in Galiléa. Ego enim et Jónathas frater meus : íbimus in Galaádithim. Et relíquit Jósephum fílium Zacharíe et Azaríam duces pópuli cum resíduo exércitu in Judéa ad custódiam : et precépit illis dicens, Preestóte pópulo huic, et nolíte bellum commíttere

advérsus gentes, donec revertámur. Tu autem.

*Lectio secunda.* (I. *Machab. v.* 20.)

ET dati sunt Symóni viri tria mília ut iret in Galiléam : Jude autem octo mília Galaáditim. Et ábiit Symon in Galiléam et commísit prélia multa cum géntibus : et contríte sunt gentes a fácie ejus. Et persecútus est eos usque ad portam Ptolomáidis. Et cecidérunt de géntibus fere tria mília virórum : et accépit spólia eórum. Et assúmpsit eos qui erant in Galiléa et in Arbatánis[83] cum uxóribus et natis et ómnibus que erant illis : et addúxit in Judéam cum letícia magna.

*Lectio iij.* (I. *Machab. v.* : 24.)

JUdas Machabéus et Jónathas frater ejus transiérunt Jordánem : et abiérunt viam trium diérum per desértum. Et occurrérunt eis Nabuthéi : et suscepérunt eos pacífice. Et narravérunt eis ómnia que accíderant frátribus eórum in Galaadíthide : et quia multi ex eis comprehénsi sunt in Bárasa[84] et Bosor et in Alimis et in Casphor et Mageth et Cárnaim. He omnes civitátes muníte et magne. Sed et in céteris civitátibus Galaadíthidis tenéntur comprehénsi. Et in crástinum constituérunt admovére exércitum civitátibus his : et comprehéndere et tóllere eos in una die. Et convértit Judas et exércitus ejus viam in desérto Bosor[85] repénte : et occupávit civitátem et occídit omnem másculum in ore gládii. Et accépit ómnia spólia eórum et succéndit eam igni : et surrexérunt inde nocte, et ibant usque ad munitiónem. Tu autem.

*Lectio prima. Legenda* 18. (I. *Machab. v.* 30.)

ET factum est dilúculo cum elevássent óculos suos, ecce pópulus multus cujus non erat númerus : portántes scalas et máchinas ut comprehénderent munitiónem, et expugnárent eos. Et vidit Judas quia cepit bellum, et clamor belli ascéndit ad celum sicut tuba : et clamor magnus de civitáte, et dixit exercítui suo, Pugnáte hódie pro frátribus vestris. Et venit tribus ordínibus post eos.

*Lectio secunda.* (1. *Machab. v.* 33.)

ET exclamavérunt tubis : et clamavérunt in oratióne. Et cognovérunt castra Timothéi quia Machabéus est : et fugérunt a fácio
[200v.] ejus. Et percussérunt eos plaga magna : et cecidérunt ex eis in illa die fere octo mília virórum. Et divértit Judas in Maspha[86] : et expugnávit et cepit eam. Et occídit omnem másculum ejus et sumpsit spólia ejus : et succéndit eam igni. Inde perréxit et cepit Casbon, et Maged,[87] et Bosor : et réliquas civitátes Galaadíthidis. [Tu autem.]

*Lectio tertia.* (1. *Machab. v.* 37.)

POst hec autem verba congregávit Timothéus exércitum álium : et castra pósuit contra Raphon trans torréntem. Et misit Judas speculári exércitum et renunciavérunt ei dicéntes, quia convenérunt omnes gentes qui in circúitu nostro sunt : exércitus multus nimis. Et Arabes condúxit in auxílium sibi et castra posuérunt trans torréntem : paráti ad te veníre in prélium. Et ábiit Judas óbviam illis. [Tu autem.]

*Lectio prima. Legenda* 19. 1. *Machab. v.* (40.)

ET ait Timothéus princípibus exércitus sui, Cum appropinquáverit Judas et exércitus ejus ad torréntem aque, si tránsient ad nos prior : non potérimus sustínere eum, quia potens póterit advérsum nos. Si vero timúerit transíre et posúerit castra circa flumen : transfretémus ad eos et potérimus advérsus illum.

*Lectio secunda.* (1. *Machab. v.* 42.)

UT autem appropinquávit Judas ad torréntem aque, státuit scribas pópuli secus torréntem : et mandávit eis dicens, Néminem hóminum reliquéritis : sed véniant omnes in prélium. Et transfretávit ad illos prior : et omnis pópulus post eum. Et contríte sunt ante fáciem eórum omnes gentes et projecérunt arma sua : et fugérunt ad phanum quod est in Cárnaim. Et occupávit ipsam civitátem : et phanum succéndit igni cum ómnibus qui erant in ipso. Et oppréssa est Cárnaim, et non pótuit sustinére contra fáciem Jude.

*Lectio iij.* (1. *Machab. v.* 45.)

Congregávit Judas univérsos Israélitas qui erant in Galaadíthide a mínimo usque ad máximum et uxóres eórum et natos et exércitum magnum valde ut venírent in terram Juda : et venérunt usque Ephron. Et hec cívitas magna in ingréssu pósita muníta valde, et non erat declináre ab ea déxtera vel sinístra : sed per médiam iter erat. Et inclusérunt se qui erant in civitáte : et obstruxérunt portas lapídibus. Et misit ad eos Judas verbis pacíficis dicens, Transeámus per terram vestram, ut eámus in terram nostram : et nemo vobis nocébit. Tantum pédibus transíbimus. Et nolébant eis aperíre.

*Lectio prima. Legenda* 20. 1. *Machab. v.* (49.)

Et precépit Judas predicáre in castris : ut applicárent unusquísque in quo erant loco. Et applicuérunt viri virtútis, et oppugnávit civitátem illam tota die et tota nocte. Et trádita est cívitas in manu ejus. Et peremérunt omnem másculum in ore gládii : et eradicávit eam et accépit spólia ejus, et tránsiit per totam civitátem super interféctos. Et transgréssi sunt Jordánem in campo magno contra fáciem Bethsan,[88] et erat Judas cóngregans extrémos : et exhortabátur pópulum per totam viam donec venírent in terram Juda.

*Lectio secunda.* (1. *Machab. v.* 54.)

Et ascendérunt in montem Syon, cum letícia et gáudio et obtulérunt olocáusta : quod nemo ex eis cecidísset donec reverteréntur in pace. Et in diébus quibus erat Judas et Jónathas in terra Gálaad, et Symon frater ejus in Galiléa contra fáciem Ptolomáidis : audívit Jósephus Zacharíe fílius et Azarías príncepS virtútis, res bene gestas et prélia que facta sunt, et dixit, Faciámus et ipsi nobis nomen : et eámus pugnáre advérsus gentes que in circúitu nostro sunt. Tu autem Dómine miserére.

*Lectio tertia.* (1. *Machab. v.* 58.)

Et precépit his qui erant in exércitu suo : et abiérunt Jámniam. Et exívit Górgias de civitáte, et viri ejus óbviam illis in pugnam : et fugáti sunt Jósephus et Azarías usque in fines Judée. Et cecidérunt illa die de pópulo Israel : ad duo mília viri. Et facta est plaga magna in pópulo,

quia non audiérunt Judam et fratres ejus : existimántes se fórtiter factúros. Ipsi autem non erant de sémine virórum illórum per quos salus facta est in Israel. Et viri Juda magnificáti sunt valde in conspéctu omnis Israel et géntium ómnium : ubi audiebátur nomen eórum. Tu autem Dómine miserére [nostri].




[Antiphonale-1520:43r.]

## Notes, pages 1894-1932.

[1] ' *HISTORIA'* Chevallon in hoc loco et ad p. mccclxxix. [SB:mccccxx.]

[2] '*fiat cōme*.' Chevallon. [SB:mccccxxii.]

[3] '*Dnica p'ma octobris celebret' festū dedicationis ecclīē.*' memorandum ms. in capite folii cxcv. versi, in exemplari Breviarii e coll. Exon. Oxon. [SB:mccccxxiii.]

[4] 1520:41v.

[5] 1520:41v.

[6] SB:mccccxxv.

[7] SB:mccccxxv.

[8] SB:mccccxxv.

[9] 1520:41v.

[10] SB:mccccxxv.

[11] SB:mccccxxv.

[12] SB:mccccxxv.

[13] SB:mccccxxv.

[14] SB:mccccxxvii.

[15] SB:mccccxxvii.

[16] SB:mccccxxvii.

[17] SB:mccccxxvii.

[18] SB:mccccxxvii.

[19] 'ix.lectiones', 1520:42r.

[20] SB:mccccxxix.

[21] SB:mccccxxix.

[22] SB:mccccxxix.

[23] SB:mccccxxix.

[24] 1520:42r. omits 'et de martyre'.

[25] SB:mccccxxix.

[26] SB:mccccxxix.

[27] SB:mccccxxix.

[28] SB:mccccxxxi.

[29] 'Missa de vigilia', 1520:42v.

[30] SB:mccccxxxi.

[31] SB:mccccxxxi.

[32] 1520:42v.

[33] SB:mccccxxxi.

[34] SB:mccccxxxi.

[35] SB:mccccxxxi.

[36] 1520:42v.

[37] SB:mccccxxxiii.

[38] '2. 4. et sabbato', 1520:42v.
[39] SB:mccccxxxiii.
[40] SB:mccccxxxiii.
[41] 1520:42v.
[42] SB:mccccxxxiii.
[43] SB:mccccxxxiii.
[44] 'ij. et iiij.', 1520:42v.
[45] 1520:42v.
[46] In 1520:43r 'allelúia' is set A.A.G.G.
[47] In 1520:43r 'Adapériat' begins CD.D.
[48] 'constítuit' *Vulgate.*
[49] 1520:43v. has no flat at 'concédat vobis'. In BL-52359:212v. 'sua' is set GFGAGA.AG; 'diébus' is set G.ACB.CDC. BL-52359:212v. hs no flats. In PEN:146v. a flat appears no flat appears at 'sua' or 'precéptis', but after does appear after 'precéptis'.
[50] 'peccáti' *Legenda* 1518. [SB:mccccxxxvii.]
[51] 'tricesimo &' *Chevallon. '* trigesimo' *ed. Vulg.* [SB:mccccxxxvii.]
[52] 1520:44r. has "†Dóminus Deus vester'. In BL-52359:212v. 'oratiónes' is set C.D.F.FECD.DFGEFE; 'reconciliétur' is set FGAGAB[♭].A.G.F.FEFG.FG. PEN:146v. has no flat; 'lege' is st FG.F..
[53] 'áliquos' *Portif.* 1519, 1557. [SB:mccccxxxvii.]
[54] 'justítias' *Leg.* 1518. 'justícias' *Chevallon.* [SB:mccccxxxvii.] 'justíciam', *Vulgate.*
[55] 'parátum' *ed. Vulg. cum Portiforiis.* [SB:mccccxxxvii.]
[56] In 1520:44r. 'omnes' is set FE.FG. In BL-52359:212v. 'tu' is set DGFEFEDE; 'super' is set FE.FGF. In PEN:147r. 'tu' is set DGFEFEDE.
[57] In 1520:44r. 'virtúte' is set FG.GFE.EFGAFGFE. In BL-52359:213r. 'Congregáte' is set C.D.DAB♭.A; the flat extends to 'nostri'; 'virtúte' is set FG.GGE.EFGAFGFE; 'cognóscant' is set GA.GEG.FGFD; no flat appears in the verse. In PEN:147r. 'virtúte' is set FG.GFE.EFGAFGFE; 'fortitúdinem' is set G.GA.A.A.FGAG; in the verse the flat appears after 'tua'.
[58] In 1520:44v. 'miserébitur' is set FE.F.G.F.FGAGFE.
[59] In 1520:44v. 'fortitúdo' is set FFE.FGF.FE.FG. In BL-52359:213v. 'dissipáta' is set FFE.D.FDEFE.DEFEDE.
[60] In AS:326. 'altáre'is set C.CBCBABC.ABDCB*AB*CBA. In BL-52359: 'fáciem' is set D.C.DCCB; '†Et facta' is set GAC CCB.DCCBA.
[61] In 1520:45r. 'benedicébant' is set F.GAC.CBC.A.Cb; 'Israel' is set CBCBAGFG.G.FGCCACGGF. In PEN:147v. 'Israel' is set CBCBAG.FG.GFGCCACGGF. BL-52359:213v. has no flat; 'benedicébant' is set F.G.AC.CBA.Cb; 'Israel' is set CBCAG.FG.GACGAGGF; 'Dóminus' is set GAGG.F.FAC.
[62] SB. indicates the repeat from 'Et ignorámus' in *Portiforium* 1557: *De repetitione in hoc loco nihil certum distinguit Portif.* 1519. [SB:mccccxl.] 1520:45v. has '. . . multitúdine. Ut dímicent . . . '. In 1520:45v. 'multitúdine' is set GA.A.A.A. AGACGAGGF; 'dímicent' is set GAG.A.

ACAGAFGACBABCBA; 'debeámus' is set a third lower. In BL-52359:213v. 'Multitúdine is set G.G.AB.A.AGACGAGGF; 'ut' is set Ga; 'dímicent' is set GAG.ACAGF.AFGACBABCBA; 'nos' is set AG; 'ignrorámus' is set CDB.CD.DBCDAB.AG; 'quid ágere' is set FGABA A.AG.C; 'Deus' is set GA.G; 'óculi' is set FGA.G.GAB; 'ne pereámus' is set FAC C.BCDCBABCBA.GABAGA.AG.

[63] 1520:45v. has a flat at 'sic'. This alters the tritone to a perfect fourth. In BL-52359:214r. 'frater' is set G.GAC; 'sic' is set BGACCBDEDCCBA.

[64] 'essent' *Chevallon.* [SB:mcccxli.] 'essent', *Vulgate.*

[65] 'eos' *Leg.* 1518. [SB:mcccxliii.]

[66] 'cognominátur' *Leg.* 1518. ' Judam…Eleazárum… Jónathan' *Ed. Vulg.* [SB:mcccxliii.]

[67] 'elazárus' *Leg.* 1518. [SB:mcccxliii.] 'Eleazárum', *Vulgate.*

[68] '*Feria. ij.'* Legend. 1518. [SB:mcccxlv.]

[69] 'insíliuit' *Chevallon.* [SB:mcccxlix.]

[70] 'Eufráton' *Chevallon cum Legend.* 1518. [SB:mcccl.]

[71] 'dimídium' *Chevallon.* [SB:mcccl.]

[72] 'dorim :' *Chevallon.* [SB:mcccl.]

[73] 'et cínerem imposuérunt cápiti suo,' *Ed. Vulg.* 'et cínerem in cápite suo sparsérunt,' *Leg.* 1518. [SB:mcccli.]

[74] 'querébant' *Chevallon.* [SB:mcccli.] 'querébat', 1516:203r.

[75] 'suo multo.' *Chevallon.* [SB:mcccliii.] Legend-1518:181v. omits 'suo'.

[76] 'Et elevavérunt' *Ed. Vulg.* [SB:mcccliii.]

[77] 'erant' *Ed. Vulg. cum Portiforiis.* [SB:mcccliii.]

[78] 'et' *non habet Chevallon.* [SB:mcccliv.] 'et' appears in 1516:203v. and Legend-1518:182r.

[79] 'ad' *Ed. Vulg. cum Portiforiis.* [SB:mccclv.]

[80] 'letícia, et sacrifícium salutáris et laudis.' *Ed. Vulg.* 'letícia : & salutária laudis.' *Legend.* 1518. [SB:mccclvi.]

[81] 'ejus :' *Chevallon.* [SB:mccclvi.]

[82] SB:mccclvii. has 'abduxérunt' with the following note: 'adduxérunt,' *Chevallon.* 'duxérunt,' *Ed. Vulg.*

[83] 'Arbátis' *Ed. Vulg. cum Leg.* 1518. [SB:mccclviii.] 'Arbátis', 1516:204r.

[84] 'Básaca,' *Chevallon.* [SB:mccclviii.] 'Bárasa', 1516:204r; Legend-1518:183r.

[85] 'Basor' *Chevallon.* [SB:mccclviii.] 'Bozor', 1516:204r; Legend-1518:183r.

[86] 'Masphat' *Leg.* 1518. [SB:mccclix.]

[87] 'Mageth' *Ed. Vulg.* 'Maghet' *Leg.* 1518. [SB:mccclix.]

[88] 'Bethsan' *Chevallon.* [SB:mccclxi.]